



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio XL. Cur necesse fuit, vt Christus ad Mortem vsque se demitteret?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## DOMINICA XVI.

## QVÆSTIO XL.

Cur necesse fuit, ut Christus ad Mortem usque se demitteret?

RESP. Propterea quod iustitiæ<sup>a</sup> & veritati Dei<sup>b</sup> nullo alio pacto pro nostris peccatis potuit satisfieri, quam ipsa morte filij Dei, qua Homo erat.

<sup>a</sup> Rom. 1. 32. <sup>b</sup> Gen. 2. 17. Gen. 3. 15.

## QVÆSTIO XLI.

Quare etiam Sepultus est?

RESP. Ut eo testatum faceret, se vere mortuum esse<sup>a</sup>, quoad solam Humanitatem.

<sup>a</sup> Mar. 15. 42. 43. 44. 45.

## QVÆSTIO XLII.

At, cum Christus pro nobis mortem oppetierit, cur nobis quoque est moriendum?

\* non  
† sed  
RESP. Mors nostra<sup>\*</sup> est aliqua pro peccatis nostris satisfactio<sup>a</sup>, † non omnis peccati abolitio<sup>b</sup>: & est transitus in vitam æternam<sup>c</sup>, mediata vel immediate post dandam.

<sup>a</sup> Matt. 16. 26. <sup>b</sup> Hebr. 14. 10. <sup>c</sup> Philip. 1. 21. Phil. 1. 23.

<sup>a</sup> Mat. 16. 26. Quid enim prodest homini si v-

niuersum mūdum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur.

RESP. <sup>a</sup> Quid ergo? Mors non est pro peccatis aliqua satisfactio? Negatur consequentia.

<sup>c</sup> Phil. 1. 21. Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum, 23. Cupio dissolui & esse cum Christo.

RESP. <sup>c</sup> Sic esse cuique potest; non tamen est, nisi paucis Deo notis.

## QVÆSTIO XLIII.

Quid præterea capimus commodi ex Sacrificio & Morte Christi?

RESP. Quod virtute eius mortis<sup>a</sup>, vetus noster homo vna cum eo crucifigi<sup>\*</sup> debeat<sup>b</sup>, interimi<sup>†</sup>, ac se-<sup>\* cur,</sup> peliri<sup>\*d</sup>, ne prauæ cupiditates & de-<sup>† cur,</sup> sideria carnis posthac in nobis regnent<sup>c</sup>, nisi uelimus: sed ut nos ipsos ei hostiam gratitudinis offeramus<sup>f</sup>.

<sup>a</sup> Rom. 6. 5. Ioh. 17. 19. <sup>b</sup> Rom. 6. 6. Gal. 5. 24. <sup>c</sup> Rom. 6. 8. Rom. 6. 11. <sup>d</sup> Rom. 6. 4. Col. 2. 12. <sup>e</sup> Rom. 6. 6. 14. <sup>f</sup> Pl 51. 19. Rom. 6. 13.

## QVÆSTIO XLIV.

Cur additur? Descendit ad inferos?

RESP. Ut in summis doloribus & grauissimis tentationibus me hac consolatione sustentem, quod Dominus meus Iesus Christus inenarrabilibus animi (ui sensus, non Rationalis, angustijs, cruciatibus & terroribus (absque infernali pœna sensus vel damni) in quos cum antea, tum maxi-